Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Lavet caput cum succo eius vel decoc-
tione eius. Item valet decoctio eius
ad removendum furfures capitis.
Item valet ad removendum pannum mor-
pheam. et hoc primo lavetur locus
morpheatus cum decoctione vitri et
tunc inungatur locus cum succo blete.
Item valet succus eius ad mundificandum
cerebrum. et dz succus attrahi per na-
res. et sternutacio talis valet etiam
in doloribus antiquis.

Bolus armenus est vena
quedam terre seu terra
quedam que in armenia repi-
ritur ducat virtus eius ad centum annos
color subrubeus est tendens ad cit-
rinitatem et bonitas cognoscitur
quia levis est et faciliter frangitur
depuratus est de lapidibus. De
complexione nota quod Avicenna
dicit quod sit frigidum in primo et siccum in
secundo. Alii dicunt quod sit frigidum et siccum in
secundo. De operationibus nota quod valet
in pestilencia. Unde Avicenna primo
capitulo dicit quod plures vidit liberari
in pestilencia ex potu boli armeni
primo a pestilencia, et dz summi cum
modico vini ut virtus eius ad cor
veniat racione subtilitatis vini. et
cum modico aque rosarum si adest fe-
bris et detur capiti ʒ i vel ʒ ii omni die
et racione exsiccationis valet quia
exsiccat materiam malam humoralem
et sic prohibet fluxum febris. et circum-
liniatur locus apostematis, valet ne dilatetur.
Item valet in ulceribus lingue seu ex-
coriacionibus. Item valet ad consolida-
cionem ulcerum intestinorum ut dissin-
teria. Item consolidat ulcera pul-
monis. Unde ptisicis detur cum mo-
dico vino, et multum competit.

In Serap. et quod ista medicina iu-
vat. Item valet ad prohibendum
fluxum descendentem de capite
ad pectus. Item valet ad restringendum
omnem fluxum sanguinis, primo
menstrualem. quod cum bolo armenio
et succo plantaginis et sumach, et
aliis appropriatis cum albumine ovi
et fiat emplastrum quod volue applicetur
primo tunc potest imponi volue, et
valet ad restringendum fluxum sanguinis.

Bombax est | narium
lana que accessit in arbore
quadam cum spine, et alio
nomine dicitur cotum, et melius
quod est in eo est semen. De complexi-
one nota quod est calidum et siccum in primo
sed semen eius est calidum et humidum
in primo secundum aliquos. Unde potest
dici quod tam folia illius arboris
et bombax et semen sit calidum et siccum
in primo. De operationibus nota
quod valet ad calefaciendum corpus hu-
manum propter quod ponitur ad vestimentum.
Item valet multum et precipue semen
eius in passionibus pectoris et tussi.
Item semen eius competit in ptisi
seu extenuacione corporis quod
in eluariis resumptivis ponitur.
Item oleum seminis bombacis valet ad
removendum lentigines faciei.
Nota quod 1 vel 2 drama bombacis
trita et bibita faciunt urinare.
Item eius semen auget sperma pro
quanto est calidum et humidum. Item folia ip-
sius valent in fluxu adveniente
pueris et maxime succus eius.

Borago est herba folia habens
asperas in quibus aliqualis
spinositas existit, unde
de floribus eius quam fit bo-